

ego lectionem retinui utpote historiae sinceriori magis consonam. Ex hoc tamen documento discimus, celebrato pridie id. aprilis paschate Ticini, XII. Kal. maii post tredecim dies Cremonam migrasse.

*Donatio Vilielmi, & Riprandi Marchionum
Ecclesiae Aquensi ex lacero Archivii
Episcopalis autographo an. circiter*

9

DCCCCXCIX.

In nomine Dei, & Salvatoris Jesu Christi. Tertius Otto gratia Dei pio sanctae Aquensis Ecclesiae ubi nunc domnus Primus Episcopus ea natione nostra lege vivere Salilia, & iuxta ipsa lege professi sumus plena locis ex suis aliquis contulerit rebus iuxta Otoris vocem in hoc saeculo cent. in eodem Episcopio a praesente die pro animae nostrae mercedis, idest nostram porcio . . . De castro, & turre ligneam ibidem constitutis anni nostram porci monte Blamberti quod est eandem nostram porcionem de praedictis castris rebus in eodem loco de terris arabilis jugies quadraginta de pratis jugies una de silvis jug. jam dict. . . . decem de sedimineas, & vineis cum areis suarum jugies trex . . de terris arabilis & rebus in eodem loco & fundo monte Blamberti (1) est pro mensura iuxta jugies trex & prope dicti castro quorum supra germanis in eodem Episcopio a praesenti die per ac chartam offerfionis idest civitatis Aquis praedictam nostram porcionem de prima petia de terra la quarta parte terra ipsius Episcopio jam dictam nostram porcionem totum da una parte terra Dondoni de alia parte terra Petri Do germanis in eodem Episcopio per ac chartam id est nostram porcionem quod est medie visi sumus prope hanc urbem Aquis, & est eadem nostram porcionem de praedio Coerit tam ad nostram porcionem, quamque super totum da una parte & uno co. dica ad quae etiam donamus nos germanis in eodem Episcopio a praesenti die, quae benevisi sumus in locos, & fundos Sabana (2) & Monticelli (3) Parandaria id est ipsam nostram porcionem de eris nostris supra nominatis una cum accessionibus, & ingressuras earum seu si chartam offerfionis ibidem habere habendum, ac confirmamus per cultellum imus tradicionem, & vestituram, & nos exinde foris expulimus, serpivimus & absq. pie dederit a praesenti die proprietario nomine quidquid voluerit sine vero quod futurum esse non credimus si nos ipsi germanis quod absumus quandoque tentaverimus, aut per covis ingenium infringere quaesiverimus uncias quadraginta argenti ponderas viginti, & quod repetierimus & in vulla constipulatione subnixa, & ad nos quem supra germanis nostrisque quali supra legitur in integrum ab omni omine defendere qui rio defendere in dublum ista offerfio pars ipsius Episcopio restituamus sicut pro tempore no de terra elevaverunt me paginam Ingelramus Notarius sacri Palatii tradi Aquis feliciter.

* Willielmus (4) Signum manibus praebiteri Pradi qui ac chartam offerfionis fieri rogavit Signum manibus Danieli filii qui item Danieli Teboldi. Signum manibus Petri & Iohanni Seulalo & Ego qui supra Ingelramus Notarius sacri Palatii. (5)

(1) Hujus montis mentionem mihi videor reperisse in charta Arch. Cathed. an. 1300. Aquis in Clausuris Ecclesiae majoris, ubi Theobaldus Sorfarella de Montebartutio donat capitulo Aquensi quasdam possessiones sitas in territorio Aquarum, inter quas vineam in Monte Alberto. (2) Ignotus mihi locus.

(3) Plura in Aquensibus chartis hujus nominis loca inveniuntur. Praeter Montexellum in monum. n. 7. nominatum, in archivio Niceae Palearum adest charta, qua continetur sententia D. Bonelli de Salutio Vic. Gener. Marchionis Salutiensis in lite de finibus agri Niceansis cum aliis conterminis S. Martiani, Montixelli, & Marigliani. Inter possessiones oppidi Bislagni Aquensi Ecclesiae jure emphyteutico obligatas una memoratur an. 1220. in regione Montixelli posita. Sed ista loca longius distant a civitate Aquis, quam ut hic locum habeant. Praestat potius documenta percurrere, quae de terris hac civitate circum positae agunt. In archivio Cathedralis Ecclesiae an. 1186. inter plures agros Ecclesiae reddititios Vixoni oppidi nominatur campus de Ulmo, qui jacet in loco, qui dicitur Montexello. Item in alia charta an. 1399. reperimus, Henricum Scarampi Episc. Aquen. hospitali Aquensi possessionem in loco, qui dicitur Montexello positam donasse. Opinionem hanc certam facit locus Parandaria, qui Monticello conjungitur. Neque enim ille diversus est a vulgato sub nomine Lavandara ad meridiem ultra Burmidam in planitie situs Visonem versus. Haec autem suadent hic agi de fundis civitati conterminis, adeo ut & hinc locus, ubi Sabana sit, facile possit investigari.

(4) Willielmus hic idem ac Odonis filius, qui superius N. 7. cum Anselmo monasterium Spigni fundavit. Ex quo consequitur alterum germanum, cujus subscriptio ex pergamenae laceratione deest, esse Riprandum. Et sane in laterculo hujus fragmenti, quod in archivio Episcopali adhuc exstat, haec conspicua sunt literarum vestigia, ac verba: Villel. Ripr. ac nepotibus Antelmi.

(5) De hujus mentione vide in subscriptione testium documenti N. 7.

*Venditio Hildeprandi & Tete aliquorum
praediorum Martino praebitero.*

M V L.

10

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Enricus gratia Dei Rex anno regni ejus Deo propicio tercio quarto Kalendas maias indictione quarta (1). Constat nos Eldeprando, qui & Bonefilio filius quondam Grafeverti, & Teta jugalibus filia quondam Constantini, qui professi sumus nos jugalibus ambo, & natione nostra lege vivere Langobardorum, ipso namque Eldeprando jugale, & mondualdo meo mihi consentiente, & subter confirmante, & iuxta lege, & dictam paginam una cum noticia de propinquieribus parentibus meis

B.